

William Dugdale
Monasticon Anglicanum, vol. 3, part 1
London
1673

Monastici Anglicani,
VOLUMEN TERTIUM
ET
ULTIMUM:
ADDITAMENTA
QUÆDAM
In Volumen Primum, ac Volumen Secundum,
Jampridem Edita:

NECNON
FUNDATIONES, sive DOTATIONES
DIVERSARUM
Ecclesiarum Cathedralium
AC
Collegiatarum
CONTINENS;
Ex ARCHIVIS REGIIS, ipsis AUTOGRAPHIS,
Ac diversis CODICIBUS MANUSCRIPTIS
DECERPTA,

Et hic congesta
Per WILL. DUGDALE WARWICENSEM
NORROY Regem Armorum.

SAVOY:
Excudebat Tho. Newcomb, & Prostant Venales Ab. Roper, Joh. Martin, & Hen. Herring= man ad Signa Solis in Fleetstreet, Campanæ Cœmeterio Paulino, & Anchoræ Bursa Nova. MDCLXXIII.

.....

1a

ADDITAMENTA
IN TOMUM PRIMUM.

Pag. 31. Col. 2.

<Rochester>

Carta Gundulfi Roffensis Episcopi, de Monachorum institutione, loco Clericorum, in Ecclesiam Roffensem S. Andreæ Apostoli; & de ampla dotatione ejusdem Ecclesiæ.

Ex ipso autogr. in Bibl. Cot= toniana.
Gundulfus Roffensis Epis= copus, omnibus Christi fidelibus salutem. Ad perpetuam rei memori= am futurorum, vobis omnibus notum facio; quod, cum non meis me= ritis, sed gratia dei, & vocatione domini Lanfranci Archiepiscopi Can= tuariensis, ad curam Episcopatus Roffensis fui vocatus, Ecclesiam beati Andreæ, Apostolo= rum mitissimi, a Rege Ethelberto olim funda= tam, debito cultu divino, per quinque Clericos male degentes & famulantes in ea, destitutam inveni: ideo auctoritate, voluntate & manda= to domini Regis Willielmi, ipsius Ecclesiæ pa= troni; ac etiam consilio, auxilio, assensu, & ordinatione domini Lanfranci Archiepiscopi

Cantuariensis, eisdem Clericis, ex voto consentientibus, & habitum religionis devote suscientibus, tandem sexaginta Monachos congregavi, introduxi, & institui, ad famulanum Deo digne, & Sancto Andreæ in Ecclesia sua, amodo & usque in sempiternum. De possessionibus autem & donationibus, a Regibus & aliis Christi fidelibus datis & concessis, quas undique districtas & dispersas reperii, de Regis benevolentia, cum magno labore recollegi, congregavi, & adquisivi; victimum eorum a victu meo discrevi.

Dedi præterea & addidi ad eorum sustentationem, & advenientium hospitum & pauperum, ac Serjantorum quos constitui ad serviendum eis,

1b

secundum dispositionem Monachorum, sicut in Ecclesia Cantuariensi dominus Lanfrancus Archiepiscopus Serjantos ordinavit & constituit; scil. Ecclesias de Wolewic, & de Darenteford, & de Suthuna, & de Wilmintuna, & de Chiselhersta, & de Aeilesford, & de Retheresfelde, & de Fernet, & de Sturmutha; & Altare Sancti Nicholai, quod est parochiale in Ecclesia beati Andreæ Apostoli, cum Ecclesia sanctæ Margaretæ quæ apendet.

Sic quoque pro Monachorum quiete & pace perpetua, terras, Decimas, & possessiones, cum suis libertatibus, & rectitudinibus, separatim ab Episcopio, assensu regio, & confirmatione secernere decrevi. Constituo etiam de possessionibus, quæ ad victimum ipsorum Monachorum ordinavi singulis annis, mihi & successoribus meis, Festivitatem sancti Andreæ Apostoli, apud Roffam personaliter celebrantibus, exennum deferendum hujusmodi; hoc est Wuldeham, & Frendesbiri, & de Denitune, & de Suthflite, & de Stoche xvi frecingas, xxxaucas, CCC gallinas, & millenarium de Lampridis, & millenarium de ovis, & quatuor salmones; & sexaginta fasciculos de farra; & de Stoches unum hopum avenæ: & de piscibus & de ovis medietas sit eorum.

Et de Lamhetha similiter dimidium millenarium de Lampridis, ad opus eorum. De Hadenham vero valentem xx solidos de pisce, in cellis eorum deferatur, & ibi equaliter partitum, medietas eis remaneat, & medietas michi

2a

deferatur. Si vero fortuitu (quod absit) ego vel aliquis successorum meorum, ad festum aliqua causa defuerit, ex parte Dei & mea præcipio, ut totum illud exennium ad curiam beati Apostoli deferatur, & consilio Prioris & fratum Ecclesiæ, ad honorem festivitatis, in usus advenientium hospitum & pauperum dispenseatur. Si quis igitur in Episcopali sede post me sessurus: vel quicunque alias, quocunque colore, Ecclesias, res, vel possessiones, alias a me datas & concessas, vel a quocunque alio

christiano auferre; vel hanc meam ordinatio= nem, extra rectam intentionem meam, per= vertere in aliqua ipsius parte voluerit; ex tunc licitum sit monachis meis exennium non solvere, & Serjantos ab eis omnino repellere, & ad libi= tum suum alios disponere in futurum, ad servi= endum eis. Et ut hæc ordinatio mea, regia auctoritate facta, & domini Lancfranci Cantu= ariensis Episcopi consilio, auxilio, & assensu statuta, ipsis Monachis meis, atque post illos in perpetuum victuris, firmiter stabilis & stabili= ter firma, integra, & inviolata permaneat, vice mitissimi Sanctorum, Andreæ Apostoli, propria manu mea eam consigno & corroboro: Quicunque ergo audaci temeritate, aut teme= raria præsumptione illam ulterius scienter viola= verint; apponat, ac præponderet Dominus il= lam eorum sacrilegii iniquitatem, super omnes alias iniquitates eorum. Et nisi ad satifacatio= nem venerint, deleantur de libro viventium, & cum justis non scribantur; & in die justæ & æternæ retributionis, cum in sinistra parte po= sitis, subeant sententiam districtæ ultiōnis Amen, Amen, Amen.

Istam ordinationem feci pro amore beati Andreæ Apostoli, auctoritate regni & sacerdo= tii apud Roffam, vicesimo Septembbris die, an= no gratiæ millesimo octogesimo nono, testimo= nio istorum; Radulfi Abbatis de Sagio, Radul= fi Abbatis de Bello, Ordovini Prioris; Willielmi Cantuariensis Archidiaconi; Aschetilli Roffen= sis Archidiaconi, Radulfi Clerici, Ausfridi Clerici, Godardi Clerici, Goldwini Presbyteri, Aulfridi Dapiferi, Hamonis Vicecomitis, Wil= lielmi de Einesford, & aliorum multorum.

*Carta Bonifacii Cantuariensis Archiepiscopi, Dip= loma Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi
(prædecessoris sui) super ratificatione plurima= rum donationum Ecclesiæ S. Andreæ Roffensi= factarum, recitans & confirmans.*

Ibid. Universis sanctæ matris Ecclesiæ filiis ad quorum noticiam præsentes literæ per= venerint, Bonifacius miseratione divina, Can= tuariensis Archiepiscopus, Angliæ primas salu= tem in domino. Noverit universitas vestra, nos sanctæ recordationis Anselmi, quondam Cantu= ariensis Archiepiscopi, prædecessoris nostri, auctenticas literas inspexisse, ac manibus nostris contrectasse, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, neque suspectas, formam infra scriptam, quam de verbo ad ver= bum transcribi fecimus continentes, Anselmus gratia Dei Archiepiscopus Cantuariensis, Ha= moni Vicecomiti, & Gileberto de Tonnebrigge,

2b

ac cæteris hominibus, francigenis, & Anglis, sa= lutem: sciatis, quod ego, de mandato domini nostri Henrici Regis Angliæ, & rogatu Gundul= fi Episcopi Roffæ, concedo & confirmo Eccle= siæ S. Andreæ Roffæ, & eidem Gundulfo Episco= po, omnes terras & Ecclesias, libertates &

consuetudines, rectitudines; & omnia maneria, quæ & quas Lanfrancus Archiepiscopus, tempore Willielmi Regis magni, de ipsius mandato, in pleno comitatu de Chent; coram Godefrido & Egelrico Constancensi, & Cicestrensi Episcopis, & Hamone Vicecomite, Justiciariis Regis assignatis, dirationando evicit & recuperavit: Et postquam illa recuperaverat Ecclesiæ Roffæ, & Episcopo Gundulfo sursum reddidit, & restituit: nominatim scilicet Stokes cum Ecclesia; Frendesbiriam cum Ecclesia; Eslingham, Bromheye, & Wycham; Borsestalle cum Ecclesia; Kucklestone cum Ecclesia; Woldeham cum Ecclesia; Hallyngas cum Ecclesia; Snodelondes cum Ecclesia; Mallyngas cum Ecclesia; Trottesclyve cum Ecclesia; Langafelde cum Ecclesia; Faukeham cum Ecclesia; Bromlegham cum Ecclesia; Stanes cum Ecclesia; Littlebroke & Hiltone; Suthflete cum Ecclesia; Nevytunam cum Ecclesia, in Comitatu de Chent, cum omnibus membris, feodis, & pertinentiis suis, quæ sunt ex donatione antiquorum regum Angliæ. In Surreya Lambeatham cum Ecclesia, quod dedit Goda Comitissa, & Willielmus Rex, filius Regis Willielmi, Ecclesiæ Roffæ deinde restituit.

In Suthfolchia Frekeham, & Iselham, cum Ecclesiis, quod Willielmus Rex magnus Lanfranco concessit, & Lanfrancus Ecclesiæ S. Andreæ Roffæ, & Episcopo Gundulfo sursum reddidit.

In Burynghamshire Haderham, quod Rex Willielmus, rogatu Lanfranci, ad victimum monachorum, apud Roffam Deo famulantium dedit.

In Gloucestershire, quod dedit Willielmus Rex Ecclesiæ Roffæ, & Gundulfo Episcopo: Quæ omnia data sunt libere ab omni exactione, & subjectione regali, in perpetuam elesmosianam.

Et Ecclesiam de Retherfeld, quam Gilebertus de Tonebregge dedit Ecclesiæ Roffæ. Ecclesias de Boxele, de Derteford, de Wolewyche, & de Chiselherst, quas Henricus Rex Ecclesiæ Roucestriæ in elemosinam donavit. Et volo quod Ecclesia sancti Andreæ Roffæ, & Episcopus Gundulfus, ac successores sui ista teneant, ita libere sicut, sicut tempore Willielmi, Willielmi, & Henrici, & Lanfranci Archiepiscopi Ecclesia Roffensis melius & plenus tenuit & habuit, & Ecclesia Christi Cantuariensis sua maneria tenet, cum Soka & Saka, Tola and Theam, Girthbreche, Hamsokne, Forstall, Infangenethef, Fremenferme; & de Toln de terra & de aqua in civitate Roffæ; & de transitu aquæ, fracto ponte: Et de Hundredo quartum denarium; & de omnibus exitibus quæ pertinent ad præposituram civitatis, quam partem, excepto gablo Regis. Et quod omnes Episcopi, & eorum tenentes ubicunque

in regno Angliæ, sint liberi a prestatione Te=
lonei, sicut homines & tenentes Ecclesiæ Christi
Cantuariensis, & easdem in omnibus habeant
libertates & consuetudines. Hæc autem feci,
concessi & confirmavi in testimonium veritatis,
quod Ecclesiæ Cantuariensis & Roffensis, ab
uno & eodem Rege Christianissimo Ethelberto
sunt fundatæ, & antiquorum Regum Angliæ
possessionibus & donationibus dotatæ fuerunt.
Acta sunt hæc Londoniis, in Concilio Prælato=
rum, & Sigilli nostri impressione communita,
ad majorem evidentiam veritatis, Anno Do=
mini MC primo Testibus Girardo Archiepisco=
po Eborum, Mauricio Episcopo London;
Osmundo Episcopo Sarum; Gualchelino Episco=
po Wynton; Stigando Episcopo Cicestren. He=
reberto Episcopo Teffordensi; Baldewino Ab=
bate S. Eadmundi; Radulfo Abbe Sagiensi;
Ernulfo Priore Cantuariensi; Alano Comite,
Hugone Comite, Hugone de Monteforti &
aliis.

Item, Anselmus gratia dei Archiepiscopus
Cantuariensis, Vicecomitibus de Chent & Suf=
folch, & omnibus Baronibus Regis, Francige=
nis, & Anglis, & omnibus fidelibus & amicis
meis salutem: sciatis, quod ego concedo Ec=
clesiæ S. Andreæ, & Episcopo Gundulfo de Ro=
vecestria, omnes illas consuetudines, & leges,
quas habent de antecessore meo Lanfranco Ar=
chiepiscopo; & omnia jura Episcopalia in ma=
neriis nostris, quæ in Episcopatu suo sunt situa=
ta; & in Manerio de Frekeham, cum mem=
bro suo in Iselham, quod aliquandiu Lan=
francus tenuit in manibus suis; utens in eis om=
nimoda lege Episcopati; & post ita sursum red=
didit adeo libere, sicut & ipse tenuit per cartam
suam habentem hunc tenorem.

Lanfrancus Dei gratia Archiepiscopus Can=
tuariensis Thurstano præposito de Frekeham, &
cæteris hominibus, liberis & servis in Hundre=
do de Lacforde in Suffolchia salutem: sciatis me
sursum reddisse Ecclesiæ Sancti Andreæ, &
Gundulfo Episcopo Roffæ, Manerium de Freke=
ham, cum Iselham; & Ecclesiarum advo=
cationibus quæ appendent, quia de antiquo
dominico, & ordinaria subjectione illius Ec=
clesiæ olim fuerunt, adeo libere & quiete, si=
cut Willielmus Rex illud mihi concessit, & si=
cut ego omnes terras ad Ecclesiam Cantuarien=
sem spectantes teneo in dominico, in feodis,
libertatibus, justiciis, rectitudinibus, consue=
tudinibus, & omnimoda lege diocesana, Toln
and Theam, Land and Stream, & omnibus a=
liis serviciis, & juribus, novis & antiquis, ita
quod nulli alii in regno Angliæ, in spiritualibus
& temporalibus, Ecclesia Roffensis, vel Cle=
rus & populus in Frekeham & Iselham,
vel in omnibus maneriis suis sit subjecta, vel
respondere teneatur, nisi Ecclesiæ Cantuari=
ensi, & Archiepiscopo ejusdem. Hujus autem
constitutionis, & restitutionis rogo quod testes
sint, Herbertus Episcopus Suffolchiæ & Balde=
winus Abbas Sancti Eadmundi, & Clerus &

r. Episcopali

populus totus in Comitatibus Suffolchiæ, & Kantebreggiæ; & omnes alii fideles, ad quorum notitiam futuris temporibus hoc factum perveniat. Acta sunt hæc ad perpetuam rei

3b

memoriam, & sigilli mei impressione robora=ta, anno incarnationis dominicæ MLxxxvii/o. Et ego Anselmus non meis meritis, set gratia Dei Cantuariensis Archiepiscopus, hanc redditionem & restitutionem, pontificali auctoritate, & regio concensu factam, concedo & con=firmo, ut imperpetuum firmiter, stabilis, & stabiliter firma & illibata permaneat; & auctoritate Dei omnipotentis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, & omnium Sanctorum ejus, excommunico omnes illos, qui aliquid de juri=bus spiritualibus, aut temporalibus manerii de Frekeham & Isesham, ab ipsis Rege, & Archiepiscopo concessis, redditis & restitutis, & a me nunc confirmatis abstulerint, auferre, aut diminuere temptaverint; vel ab aliis abla=tum, cognita veritate receperint, vel retinuerint. Hoc etiam ad ultimum superaddo, æ=terna cum Juda proditore sit illis pœna, nisi ad satisfactionem venerint, Amen: Teste Ernul=fo Priore, apud Cantuariam, qui hanc Cartam consignavit.

Nos igitur super contentis in dictis literis, cum consilio nostro diligentem habentes tractatum, de quorum consilio Registra prædeces=sorum nostrorum exquisite fecimus perscrutari, a tempore Lanfranci quondam Cantuariensis Archiepiscopi, Prædecessoris nostri; ac per Inquisitionem fide dignorum comperimus Ec=clesiam Roffensem, & ejus Episcopos, esse, ac fuisse, a tempore dicti Lanfranci, in pacifica possessione sine interruptione omnium & sin=gulorum in dictis literis contentorum; nihilque nobis, vel Ecclesiæ nostræ Cantuariensi, in præmissis, in aliquo posse præjudicari, quo=minus ad approbadum, ratificandum, & con=firmandum literas antedictas, & omnia & sin=gula contenta in eisdem procedere debeamus, consilio Capituli nostri, & consensu super præ=missis primitus requisitis & obtentis, de consilio juris-peritorum nobis assistentium, omnes donationes, & concessions Regum & Præde=cessorum nostrorum L. & A. & aliorum Chri=sti fidelium restitutions, & confirmationes, tam spiritualium, quam temporalium, in di=cis literis contentis approbamus, ratificamus, & quantum in nobis est confirmamus, dignita=tibus, libertatibus, consuetudinibus, nobis & successoribus nostris, & Ecclesiæ nostræ Can=tuariensi, sede Roffensi plena, seu vacante, de=bitis & consuetis, in omnibus semper salvis. In præmissorum testimonium, præsentibus Si=gillum meum fecimus apponi. Datae Cantuariæ Idus Maii Anno Domini MCCLIV/o.

Carta Regis Henrici secundi, donationes Ec=clesiæ Roffensi factas confirmans.

Ex ipso
autogr. in
Bibl. Cot=

toniana.

Henricus Rex Angliæ, & Dux Norman=niæ & Aquitanniæ, & Comes Andega=viæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Proceribus, Vicecomitibus, cæ=terisque suis fidelibus in omnibus Comitatibus in quibus Monachi Ecclesiæ Sancti Andreæ de Roucestria terras & possessiones habent, ami=cabiliter salutem. Notum vobis omnibus esse volo, quod omnes donationes & concessiones

4a

omnium Maneriorum & omnium terrarum, & omnium Ecclesiarum cum omnibus redditibus & rectitudinibus & libertatibus suis, & omni=um Decimarum quas hactenus concessæ ac do=natæ sint. Ecclesiæ Sancti Andreæ Apostoli, quæ sita est in Civitate Roucestriæ, & Mona=chis in eadem Deo servientibus, a quibuscun=que sive Regibus, sive Archiepiscopis, sive Episcopis, seu Comitibus, seu aliis quibuslibet hujus Regni nobilibus concessæ sint, aut do=natæ. Ego Henricus Dei gratia Rex Angliæ, potestate regiæ dignitatis mihi a Deo collata, omnimodo firmas & imperpetuum stabiles esse concedo & perpetua stabilitate confirmo, viz. Wildeham, cum omnibus appendiciis suis; Frendesberiam, cum omnibus appendiciis suis; Sufflete, cum omnibus appendiciis; Sto=ches cum omnibus appendiciis suis; Deni=tune, cum omnibus appendiciis suis; Lamhe=the cum omnibus appendiciis suis; Hadenham, cum Manorio quod appendet; Eudintona nomi=ne, & cum quadraginta hidis terræ quas appen=dent, & omnes alias minutæ terras, & omnes red=ditus omnium terrarum ubique sint, quas huc=usque adquisierunt. Sciatis etiam me concessisse & confirmasse eisdem Monachis Ecclesiam de Boxele, quam Henricus Rex avus meus in de=catione Roffensis Ecclesiæ eis dedit in dotem & in perpetuam elemosinam confirmavit, cum omnibus possessionibus & consuetudinibus ad e=am pertinentibus: Similiter Ecclesiam de Eiles=ford cum omnibus pertinentiis suis & Ecclesiam de Suttuna, cum Capellis Wilmintuna & Kni=geldon, & omnibus pertinentiis suis, & Ec=clesiam de Darentford; & Ecclesiam de Chi=selherste; & Ecclesiam de Wolewic, & omnes rectitudines ad ipsas Ecclesias pertinen=tes: Et omnes decimas villarum illarum in qui=bus sint prædictæ Ecclesiæ, in terris, in anno=nis, in panagiis, in pecoribus, & in omnibus a=liis rebus: Et totam Decimam de Strodes, & de Chealches, & Decimam balenarum, quæ captæ fuerint in eodem Episcopatu Roffen=si, & in eadem civitate Roffensi, de Thelonio, de terra & de aqua quartum denarium; & fra=cto ponte transitus quartum denarium; & de omnibus exitibus qui pertinent ad præpositu=ram Civitatis quartam partem excepto gablo meo: Et totum Thelonium duorum dierum planarie nundinarum festivitatis Sancti Paulini, cuius corpus in eadem Ecclesia Sancti An=dreæ quiescit, quas eis dedit & confirmavit Hen=

ricus Rex Avus meus: Et nolo ut aliquis homi= num se intromittat nisi ipsi Monachi & Mini= stri eorum, quibus ipsi committere voluerint; nec Francus, nec Anglus. Confirmo etiam eis Ecclesiam de Nortflete, quam venera= bilis Anselmus Archiepiscopus eis concessit & dedit: & Ecclesiam de Retheresfeld cum Capella de Fernet; & Ecclesiam de Stur= mue; & Ecclesiam de Nortune; & Eccle= siam de Stiford; & Ecclesiam in Londoniis quæ vocatur Berchingchireche, cum om= nibus pertinentiis suis, & Ecclesiam de Lam= hethe, cum omnibus rectitudinibus & con= suetudinibus ad eam pertinentibus; Et Ecclesi= am de Hadenham, cum Capellis Cudin=

4b

tone, & Eie, & omnibus pertinentiis suis. Præterea omnes minutas Decimas, & omnes minutas terras, & omnes redditus omnium terrarum ubicunque sint, & a quibuscunque Dei fidelibus eis sint donatæ & concessæ, ego Henricus Dei gratia Rex Angliæ concedo & confirmo in perpetuum; cum socne & saca, and Strande and Streame, and Wood and Felde, Tolnes and Theames, and Grithbreches, and Hamsocne and Forstalles, and Infangenethives, and Flemeneferme super suos homines infra burgos & extra, in tantum & tam pleniter, sicut proprii ministri mei exquirere deberent; & sicut unquam melius habuit Ecclesia Christi Cantuariæ usque ad hunc diem. Volo etiam, ut ipsi & homines sui sint liberi & absoluti ab omni opere Castelli, & Expeditione, Archis= ve constructione. Hæc omnia pro salute ani= mæ meæ, & pro animabus Antecessorum & Successorum meorum, jure regio, prædictis Monachis concessi; & volo & firmiter præci= pio, ut teneant ista in pace firmiter & perenni= ter, ita quod a nullo — eis fiat injuria super me= am plenam forisfacturam. Teste Gaufrido E= liensi Episcopo. Apud Nottingham.

*Escambium Manerii de Lamhethe, pro Ma= nerio de Darent, facta inter Hubertum
Cantuari. Archiepiscopum & Monachos
Roffenses.*

Ex ipso autogra= pho in Ar= chivis Ar= chiep. Cantuar. 15/o Junii An. 1664.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, an= no ab incarnatione Domini M. C. XC. vii/o. pro communi utilitate Cantuariensis Ecclesiæ & Roffensis Ecclesiæ, de voluntate & assensu Ri= cardi illustris Regis Angliæ, factum est escam= bium de Manerio de Lammedhe, cum per= tinentiis, inter dominum Hubertum Cantua= riensem Archiepiscopum, & Priorem atque conventum jamdictæ Ecclesiæ Roffensis, in hunc modum; viz. quod prædicti Monachi Roffenses, auctoritate & assensu Gilberti tunc Roffensis Episcopi, concesserunt prædicto Ar= chiepiscopo & successoribus suis in perpetuum, prædictum Mannerium de Lammedhe, cum Ecclesia ejusdem Manerii, & cum omnibus li= bertatibus & liberis consuetudinibus, & cum

omnibus aliis pertinentiis suis, tam in eodem manerio existentibus, quam in Suwerc, quam in socna de London; salva prædicto Episcopo, & successoribus suis medietate ejusdem socnæ in London. Set sciant omnes, quod molendinum illud, quod prædicti Monachi habent extra Suwerc super Tamisiam, versus orientem contra Turrem London, & Marrisca quem habent in Gren, quem Baldenus Cantuariensis Archiepiscopus eis dedit, pro sede capellæ beati Thomæ Martyris, & area circumjacente apud Lammedhe, non veniunt in hoc escambium, set eisdem monachis quieta remanserunt, licet Prior de Lammedhe consuevit exitus inde percipere, antequam hoc escambium factum esset. Et e contra prædictus Archiepiscopus H. dedit & concessit, in escambium prædicti Manerii de Lammedhe, monachis Ecclesiæ S. Andreæ Roffensis, totum Manerium de Darent, cum

5a

Ecclesia, & cum Capella de Helles, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, & omnibus aliis rebus ad ipsum Manerium pertinentibus; salva jure spirituali in ipsa Ecclesia prædicto Archiepiscopo & successoribus suis, donec ipse vel successores sui, ille lud de mera liberalitate Episcopo Roffensi cesserit: Et unam Bercariam in Clive, quæ appellatur Estmers, cum ducentis viginti ovinis, cum terra certa in Clive, quæ pertinet ad eundem mariscum. Et in eadem villa de Clive, Hemericum, Thomam Haghenil-dam viduam, Joscelinum, Walterum Bedellum, Eilwinum, Martinum, Willielmum, Adam, & Eelmerum pescatorem, cum terris quas tenuerunt, & redditibus, & omnibus serviciis & consuetudinibus suis, sine aliquo retenemento ipsi Archiepiscopo, vel successoribus suis, ita quod prædicti Monachi Roffenses habebunt in usus victualium suorum, prædicta escambia, sicut prius habuerunt Manerium & Ecclesiam de Lammedhe; salvo jure Episcopo Roffensi in ipso escambio, sicut prius habuit in prædicto Manerio de Lammedhe. Et sciendum est, quod idem Archiepiscopus, & successores sui warantizabunt ipsis Monachis Roffensibus, prædictum Manerium de Darent,

5b

cum pertinentiis suis, & prædictam Bercariam, cum pertinentiis suis; & prædictos homines, cum terris, redditibus, & servitiis suis. Et prædicti Monachi warantizabunt ipsi Archiepiscopo & successoribus suis, ipsum Manerium de Lammedhe, cum pertinentiis suis. Et sciendum est, quod nec ipse Archiepiscopus, nec aliquis successorum suorum, poterit dare alicui, aut vendere, aut escambire ipsum Manerium de Lammedhe, aut aliquo modo, a corpore Archiepiscopatus sui alienare. Et similiter Monachi Roffenses non poterint dare aut

vendere alicui, aut escambire, aut aliquo modo alienare a sua Ecclesia Roffensi prædictum Manerium de Darent; nec Ecclesiam, nec a liquod tenementum aliud de hiis, quæ pro Manorio de Lammedhe in escambium receperunt. Et ad majus escambii hujus robur, prædictus Archiepiscopus & omnes Episcopi, & universus Clerus Angliæ, de assensu & voluntate domini Regis, sententiam Excommunicationis intulerunt, in omnes qui contra hoc venire præsumpserint: Et tam ipse Archiepiscopus, quam Episcopi, Comites & Barones Angliæ Sigillorum suorum testimonium apposuerunt.

Nomina istorum, quorum Sigilla huic Instrumento sunt affixa.

Landa=	Londo=	Cicestr.	Wigorn.	Roffens.	Saris=	Can=	Conventus	Exon.	Baldw.	Steph. de	Comes	Williel.
vensis.	nensis.				bur.	tuar.	Roffensis.		Wake.	Turnham.	Roger.	Briwer.
												Bigot.

.....

43

ADDITIONA
IN TOMUM SECUNDUM.

.....

69b

Pag. 245. Col. 1.

<St Radegund's>

Carta Regis Johannis, donatorum concessiones ratificans.

Ex Regi= Johannes Dei gratia
stro de Rex Angliæ, Do=
Bradsole minus Hiberniæ,
in Com. Dux Normanniæ &
Cantii penes Aquitanniæ, Co=
Will. Pi= mes Andegaviæ Ar=
erpont Arm. chiepiscopis, &c.
Pag. 3. salutem: Sciatis
me concessisse &
præsenti Carta
mea confirmasse Deo & Ecclesiæ S. Radegundi
de Bradsole, & Canonicis Ordinis
Præmonstratensis Deo ibidem servientibus &
servituri locum ipsum de Bradsole, omni=
aque terras & tenementa eis collata, tam a bo=
næ memoriæ Rege Ricardo fratre nostro quam
ab aliis, sicut Cartæ donatorum suorum rati=
onabiliter testantur. Concessimus etiam &
dedimus eisdem Canonicis in liberam puram
& perpetuam Elemosinam, pro salute nostra,
& salute animarum antecessorum & successo=
rum nostrorum, totam terram illam de domi=
nico nostro in villa quæ dicitur Riparia juxta
Dovriam, quæ jacet in occidentali parte a late=
re montis qui vocatur Splintrindon, inter
terram Prioris Dovriæ & terram Fulberti de
Dovor suam iis easdem terras claudens latitu=
dinem; & quæ protenditur in longum a bosco
de Pottonia usque ad viam quæ dicitur Alba
via & Anglice Whiteweye, & ibi termina=
tur. Quare volumus, &c. Datum per ma=
num H. Cantuar. Archiepiscopi Cancellarii no=
stri apud Rotomagum xxiiii. die Augusti anno

regni nostri primo.

Confirmatio Thomæ Comitis Pertici de terra de Bradsole.

Ibid. Sciant præsentes & futuri, quod ego Thomas Comes Pertici ratam habeo & gratam con= cessionem & confirmationem quam Galfridus

70a

pater meus & M. mater mea fecerunt Deo & Canonicis Ecclesiæ S. Radegundis de Brade= sole, viz. de tota terra de feodo meo apud Bradesole, quam Walterus Haket & Emma uxor ejus, assensu & voluntate Willielmi de Poltone, & Stephani hæredis ejusdem eisdem dederunt in liberam puram & perpetuam Ele= mosinam, cum omnibus pertinentiis suis, & cum omni pastura per totam terram prædicti Willielmi de Poltone & Stephani hæredis sui, si= cut homines sui habent, cum omni jure ejusdem terræ ad illos pertinente; & cum illa parte mare de Bradsole, quam per voluntatem prædicti Stephani de Poltone & hominum suorum inclu= sam habent; & cum tota terra infra maram in Septentrionali parte mare usque ad morres= sam, quæ jacet infra terram prædictorum Ca= nonicorum, sicut per novum fossatum eorum signatum, & cum omni aisiamento, & marle= ria quæ vocatur Chameletes Chalkpot, juxta Estdescumbe, ad habendum . . .
. inde quicquid voluerint; & ut habeant viam per medium dominii prædicti Willielmi de Poltone & hæredum suorum a mar= leria illa usque in terram prædictorum Cano= nicorum, libere pacifice & sine omni exactio= ne & consuetudine & seculari servicio imper= petuum, sicut Cartæ donatorum & confirmato= rum continent & testantur.

Præterea ego Thomas Comes Pertici conces= si & hac præsenti Carta confirmavi prædictis Canonicis, & eorum successoribus totam ter= ram in feodo meo, quam habent ex donatione Stephani Militis mei in liberam puram & perpe= tuam Elemosinam, & redditus & tenementa, cum omnibus pertinentiis suis, sicut Cartæ e= iusdem Stephani de Poltone testantur; scilicet quandam partem terræ quæ diciuntur Edfre= descumbe quæ jacet inter catiam quæ tendit ad Hautam & Lovesheld, & alteram par= tem terræ quæ protenditur ab Edfredes= cumbe versus Bernettam, inter terram quæ dicitur Shortfurlong prædictam catiam, & totam terram quæ jacet inter terram prædicto= rum Canonicorum & eandem catiam, & valle scilicet quæ dicitur Stodes-Edfredes= combe usque ad terram Monachorum Dovor quæ dicitur Bernette, & terram quæ dicitur Littlecumbe & Heaggh knoll, & ter= ram quandam quæ dicitur del Teghe, quæ continet sex acras & dimidium, quæ jacet ver= sus Gosefeld & campum scil. qui vocatur Radewege, & partem campi qui dicitur Loveshelde; & quandam particulam terræ

quæ jacet inter locum in quo fuit messuagium
Roberti Stode & maram de Bradsole, &
redditum & tenementum campi qui dicitur
Holefeld; & redditum & tenementum campi
qui dicitur Straholefeld; & redditum qua=
tuor denariorum de Leprosis Dovoræ de terra
quæ jacet in valle de Pultone; & totum te=
nementum quod Walterus Parmentarius tenuit
de prædicto Stephano; & redditum & servici=um & homagium & acram illam, quæ fuit ali=
quando Brichtine & Malote, quam prædicti
Canonici incluserunt; & acram illam in qua est
locus, qui dicitur Swinesole.

70b

Ut autem hæc omnia prædicta Canonicis, &
eorum successoribus permaneant illibata præsen=
ti Cartæ meæ Sigillum meum apposui: Hiis
testibus Petro persona de Hucham, Willielmo
Malesmaynes, Willielmo de Suthocham, Hugo=
ne de Swinefeld, Waltero de Aula, Randulpho
de Hulcham, &c. & multis aliis.

*Carta Roberti de Poltone de Manerio de
Poltone.*

Ibid.
pag. 40.

Notum sit omnibus tam præsentibus quam
futuris, quod ego Robertus de Poltone
dominus ejusdem villæ, dedi, concessi, & hac
præsenti Carta mea confirmavi, pro salute ani=
mæ meæ, & animarum omnium antecessorum
& successorum meorum, Deo & Ecclesiæ S.
Radegundæ de Bradsole & Canonicis ibidem
Deo servientibus totum Manerium de Pol=
tone, & quicquid ibidem habui, vel habere
potui, cum bosco & plano in terris cultis &
incultis, in hominibus redditibus & serviciis:
ad habendum & tenendum sibi & successoribus
suis, cum omnibus proventibus præsentibus,
homagiis, wardis, curiis, sectis, viis, caciis,
semitis novis & antiquis per medium dominii
Regis Ricardi & mei, ad mercatum, castrum,
aquam & molendinum, cum omnibus juribus
& aisiamentis, & pertinentiis aliis, ad me &
homines meos, dictumque Manerium meum
qualitercumque spectantibus, sive aliquo rete=
nimento, in puram & perpetuam Elemosinam,
libere & quiete, ab omni servicio, & seculari
exactione ad me & meos successores ipsumque
manerium pertinente. Et ego Robertus &
hæredes mei warantizabimus dictum manerium
de Poltone cum pertinentiis omnibus, dictis
Canonicis & eorum successoribus imperpetu=
um, contra omnes homines & fœminas. Et in
hujus rei firmitatem & omnium donationum &
concessionum eisdem Canonicis factarum a
prædecessoribus meis corroborationem & te=
stimoniun huic Cartæ meæ Sigillum meum ap=
pendi. Hiis testibus Bertramo de Criolio, tunc
temporis Constabulario, & Vicecomite Kancii
Simone fratre ejus, Henrico de Everyng, Ro=
gero Malemainis, Henrico de Fuges, &c.

Carta Regis Johannis de Ecclesia de Riveria pro

*nova constructione & translatione Abb. de
Bradsole ad eandem.*

Ibid.
p. 47.

Johannes Dei gratia Rex Angliæ, &c. Ar=chiepiscopis, &c. Sciatis nos, intuitu Christi, & pro salute nostra, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum dedissemus concessisse, & hac Carta nostra confirmasse, Deo & Abbatii & Canoniciis S. Radegundis de Bradsole Ecclesiam beati Petri de Rive=ria & placiam & curiam nostram de eodem manerio: habenda & tenenda de nobis & hæ=redibus nostris in perpetuam & liberam puram & perpetuam Elemosinam ad edificandam ibi Abbatiam suam quæ fuit apud Bradsole. Quare volumus, &c. T. domino P. Winton. Episcopo, &c. Actum per manum Hugonis de Welle Archidiaconi Wellensis apud Porcestre xxvi. die Martii Anno regni nostri nono.

71a

*Carta Bertrami de Criollo de Manorio de
Cumbe, cum molendino, &c.*

Ibid.
p. 205.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit Bertramus de Criollo salutem in Domino; Noverit universitas vestra me, per assensum filiorum & hæredum meorum, dedissemus, concessisse, & præsenti scripto confirmasse Deo & Ecclesiæ S. Radegundis de Bradsole, & Canoniciis ibidem Deo servientibus in liberam & perpetuam Elemosinam, cum corpore meo, totam terram meam de Combe, cum omnibus suis pertinentiis, redditibus, releviis, escætis, molendinis, & omnibus aliis, sine ullo retemento, ad sustentationem quinque Canonorum Capellanorum, ad celebrandum divina pro anima mea & animabus omnium antecedorum & successorum meorum imperpetuum. Habendum & tenendum libere & quiete imperpetuum, faciendo dominis feodorum servicia inde annuatim debita. Et ego prædictus Bertramus & hæredes mei warantizabimus prædictam terram cum molendino, & omnibus pertinentiis suis dictis canoniciis & eorum successoribus contra omnes homines & foeminas imperpetuum. Et ut donatio, concessio & præsentis confirmatio & warantizatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, huic scripto Sigillum meum, unacum Sigillis filiorum meorum apposui. Hiis testibus dominis Ricardo de Grey, Rogero de Leyburne, Reginaldo de Cobham, Johanne de Snares, Simone de Holte, Gileberto de Chelefelde Militibus; domino Michaeli Magistro domus de Dovore, &c.

Notificatio reservata Abb. Præmonstr. ex parte Baronum de Hee super loco de Blakewose.

Ibid.
p. 258.

Viro venerabili, domino Abbatii Præmonstratensi. Barones Domini Regis Angliæ de Hee salutem. Est quidam locus apud nos, qui dicitur Blakewose, quem aliquando vi=

dimus subjectum domui de Lavendene quæ est de vestro ordine, & fuerunt ibi tunc temporis quinque Canonici & unus conversus; qui quidem locus eorum non potuit eos exhibere, & ipsi penitus oculo pastoris longe posito distiebantur & auxilio, per provinciam inordinate vagantes sanctæ religioni, & maxime ordini vestro multimoda scandala generabant. Quod quidem postquam Capitulo vestro fuit præsentatum, locum illum quia pauper & personis oneratus, & sine custodia, contulerunt Ecclesiæ S. Radegundis quæ satis est vicina. Abbas vero S. Radegundis dictos fratres de Blakewose ab obedientia Abbatis de Lavendene per præceptum ordinis absolutus, ad obedientiam suscepit, & dispersos revocavit; domos eorum reparavit, debita solvit; & locum tam in spiritualibus quam temporalibus, nec sine propriæ domus gravi dispendio laudabiliter ampliavit. Tandem tamen ingruente guerra, quæ patriam nostram penitus vastavit, locus ille ad nichilum valde redactus est:

71b

quem quidem domus S. Radegundis postea de bonis suis plurimum restauravit, & supra Priorem statum, in possessionibus, redditibus, & edificiis locupletavit, unde rogamus attencius, & in domino consulimus, quatenus non sciat vestra discretio, quod dicta domus S. Radegundis dicti loci de Blakewose aliquatenus prietur possessione, quia semper vidimus dictam domum S. Radegundis dictum locum de Blakewose in spiritualibus ampliantem, & domum de Lavendene eundem locum utriusque spoliantem. Satis autem vestra novit discrecio, quod sacro docemus Evangelio, quod auferendum est talentum a pigro servo, qui non fecerit fructum, & dandum servo bono qui studuerit illud multiplicare. Valeat sanctitas vestra in domino.

Collatio Huberti de Burgo de Ecclesia de Porteslade.

Ibid.
p. 594.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens Carta pervenerit Hubertus de Burgo Justiciarius Angliæ salutem. Noverit universitas vestra, me intuitu Dei, & pro salute animæ meæ, & antecessorum & hæredum meorum, concessisse, dedisse, & hac præsenti Carta mea confirmasse Deo & Ecclesiæ beatæ Radegundis de Bradesole, & Canonicis ibidem Deo servientibus Ecclesiam de Porteslade, quæ de mea donatione est, cum omnibus pertinentiis suis, ut eis cedat in proprios usus ad sustentationem suam, & pauperum peregrinorum ibidem confluentium; & quod præfati Canonici eandem Ecclesiam habeant & teneant in puram & perpetuam Elemosinam, adeo bene, libere, quiete, & integre, sicut aliquis unquam eam, melius liberius, quietius & integrarius tenet; salvis Roberto persona & Roberto Vicario pensionibus suis quod vixerint. Quare volo

& concedo, quod præfati Canonici S. Radegundis habeant & teneant præfatam Ecclesiam de Porteslade imperpetuum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis imperpetuum, sicut prædictum est. Hiis testibus Luca Capelano; Thoma de Blumville; Osberto Giffarde; Roberto Aguillon; Paulino de Taiden; Willielmo de Serlande; Bertramo de Criolle; Willielmo filio Ernisii; Ranulfo Britone; Johanne de Stwowe, &c. Datum per manum prædicti Lucæ Capellani apud Evering: xxviii/o. die Novembris, anno regni Regis Henrici filii Regis Johannisi sexto.

Carta Hamonis de Crevequer super advocatione Ecclesiæ de Altham & Capellæ.

Ibid.
p. 598.

Omnibus Christi fidelius, ad quorum noticiam præsens Carta pervenerit Hamo de Crevequer salutem in domino: Noverit universitas vestra, me intuitu religionis, & pro salute animæ meæ, & animæ Matildis de A-brincis uxoris meæ, & animarum antecessorum & successorum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac præsenti Carta mea confirmasse Deo & Ecclesiæ S. Radegundis de Bradesole, & Abbatii & Canonicis ibidem Deo servientibus

72a

advocationem Ecclesiæ de Alcham, & Capellam de Manregge, ad dictam Ecclesiam de Aucham spectantis: habendam & tenendam præfatæ Ecclesiæ advocationem, & Capellæ memoratæ, cum omnibus fructibus, juribus, libertatibus & emolumentis, & cum omnibus pertinentiis suis, dictis Abbatii & Canonicis & eorum successoribus in liberam, puram & perpetuam Elemosinam. Et in hujus rei testimonium præsentem Cartam Sigilli mei appositio-ne roboravi. Hiis testibus Magistro Hugone de Mortuomari, Magistris Saiero & Hamone Doge de Cantuaria, domino J. de Waltone, domino Roberto de Crevequer, domino Fulcone de Peyfrer, Thoma de Winelesbergh, Thoma Burgeis, Johanne de la Tegh, &c.

Carta Huberti de Burgo de Ecclesia de Aldrenthonæ.

Ibid.
p. 622.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit Hubertus de Burgo salutem in domino: Noverit universitas vestra, me divinæ pietatis intuitu, & pro salute anime meæ, antecessorum & hæredum meorum, concessisse, ordinasse, & hac præsenti Carta confirmasse, quantum ad me pertinet Deo & Ecclesiæ S. Radegundis de Bradesole, & Canonicis ibidem Deo servi-entibus ordinis Præmonstratensis, Ecclesiam beatii Leonardi de Aldertone, quæ ad meam spe-ctat donationem, ut illis cedet in proprios usus, ad fabricam dictæ Ecclesiæ beate Radegundis. Et post completionem memorati ope-ris, vertat in usus Sacristarii ejusdem loci, ad

inveniendum dictæ Ecclesiæ luminaria imper=petuum. Quare volo, ut dicti Canonici di=ctam Ecclesiam habeant & possideant, cum omnibus pertinentiis suis, in puram & per=petuam Elemosinam, ita libere, quiete, in=tegre, & pacifice, sicut unquam aliquis eam liberius, quietius, & integrius te=nuit & habuit; salva David personæ por=tione sua quoad-vixerit. Ut autem hæc mea donatio & concessio stabilis & firma permaneat, hoc præsens scriptum Sigilli mei impressione duxi roborandum: Hiis te=stibus Luca Capellano, Radulfo Nevil Can=cellario domini Regis, Stephano de Segrave, Roberto Aguytun, Osberto Giffard, Radul=pho de Wilmentone, Roberto de Auberville, Willielmo de Putote, Roberto de Neyr=forde, &c.

.....

86a

Pag. 423. Col. 2.

<Dover Maison-Dieu>

Carta Regis Henrici tertii donatorum conces=siones recitans & confirmans.

Pat. 2.
H. 6. p.
1. m. 9.
per ins=pex.

Henricus Dei gratia,
Rex Angliæ, Do=
minus Hiberniæ,
Dux Normanniæ &
Aquitanniæ, Co=
mes Andegaviæ Ar=
chiepiscopis &c. sa=
lutem. Sciat is nos
intuitu Dei, & pro
salute animæ nos=
træ, & animarum antecessorum & hæredum
nostrorum, concessisse & hac Carta nostra
confirmasse donationem & concessionem quam
Simon de Wardune fecit Hospitali beatæ Ma=riæ Dovor, viz. de toto messuagio quod fuit
ipsius Simonis in Wardune, cum omnibus
pertinentiis suis; & cum toto vivario quod ja=cet juxta prædictum messuagium; & de cen=tum acris terræ in campis de Wardune, cum
pertinentiis suis, cum homagio Willielmi le
Cupere, & Thomæ fratrī sui, & Estrildæ
matris eorum, cum tota secta eorum; & cum
toto servicio quod eidem Simoni debuerunt
per annum; & de redditu xix. d. & quinque
gallinarum & lx. ovorum de eodem tenemen=to; viz. de Jordano Turche & Simone Tur=che, & Ada Turche: Et de Thoma Capella=ño redditum xiii d. & quatuor gallinarum &

86b

quinque ovorum: Et de Willielmo le Cupere &
Thoma fratre suo redditum xxix. denariorum
& sex gallinarum & lxxv. ovorum. Et de Wi=thone Brunnighe & Johanne fratre suo redditum
xxv. denariorum & quatuor gallinarum & cen=tum ovorum, & de Galfrido Haldegod & Re=ginaldo, Ada, & Elphego fratribus redditum

xxi. denariorum & quatuor gallinarum & quin=quaginta ovorum: Et molendinum de Hardres, cum pertinentiis suis; & salinam de Hardres cum pertinentiis suis. Quare volu=mus &c. Hiis testibus E. London: I. Bathon. E. Carleol. Episcopis, H. de Burgo Comite Kanc. Justiciar. Angliæ &c. Data per manum venerabilis patris R. Cicest. Episcopi Cancellarii nostri apud Westmonasterium xiiii/o. Ju=lii anno regni nostri xii/o.

Carta dicti Regis Henrici de manerio de la Rivere.

Ibid. Henricus &c. Sciatis quod cum dedissemus & Carta nostra confirmassemus dilecto & fideli nostro Huberto de Burgo Comite Kanc. & hæredibus suis, pro homagio & servicio suo totam terram quæ fuit Henrici de Essex cum pertinentiis, & unde manerium de la Rivere extra Dovere est membrum prædictæ terræ: nos ad petitionem & dimissionem ipsius Huberti, pro salute animæ nostræ & Johannis Regis patris nostri, & antecessorum nostrorum Regum Angliæ, & hæredum nostrorum; & pro salute animæ ipsius Huberti & antecessorum & hæredum suorum, dedimus & præsenti Carta nostra confirmavimus Deo & Hospitali Dovere, quod idem Hubertus Comes Kanc. fundavit, in honore Dei & beatæ Mariæ, prædictum manerium de la Rivere cum omnibus pertinentiis suis; habendum & tenendum de nobis & hæredibus nostris in puram & perpetuam elemosinam, ad sustentationem pauperum & peregrinorum ibidem advenientium imperpetuum. Quare volumus &c. dat: per manum venerabilis patris Radulfi Cicestrensis Episcopi Cancellarii nostri apud Westmonasterium xiiii. die Julii anno regni nostri xii/o.

Carta dicti Regis Henrici super electione & ad=missione Magistri.

Ibid. Henricus &c. cum dilectus & fidelis noster Hubertus de Burgo Comes Canciæ jus patronatus Hospitalis. S. Mariæ Dovere quod fundaverat ibidem, ad pauperes & infirmos recolligendos, nobis concessisset; nos dicti Hospitalis promotionem & immunitatem desiderantes idem in libertatibus subscriptis du=ximus providendum. Inprimis volumus & concedimus, quod fratres ibidem Deo servientes, cum contingat Hospitale vacare, Magistro, ut ejusdem domus pareatur laboribus, libere & incontinenti, de gremio ipsius Hospitalis, vel aliunde unum idoneum sibi eligere possint in Magistrum, quem post electionem celebratam nobis, vel capitali justiciario nostro, si in Anglia non fuerimus præsentabunt, cui sine difficultate, per nos, vel per justiciarum nostrum

le vacante Magistro, ne per Ballivum aliquem
prædicta domus opprimatur, custodia ejusdem
cum possessionibus, & pertinentiis omnibus, in=
tus & extra, ad fratres dictæ domus libere
pertineat; ita viz. quod aliquis ex fratribus
negotia domus, dum vacans fuerit administret:
Et nullus Ballivus noster ad domum memora=
tam, vel ejus bona mobilia vel immobilia ma=
nus extendere præsumat. Ut hæc autem nostra
concessio, & ordinatio rata & stabilis imper=

petuum perseveret, præsenti scripto Sigillum
nostrum apponi fecimus: Hiis testibus, &c.
Dat. &c. apud Westm. xi/o. die Oct. anno reg=

ni nostri xiii/o.

Carta dicti Regis Henrici de Manerio de Est=
brigge.

Ibid. Henricus, &c. Sciatis nos dedisse, conces=

sisse & hac præsenti Carta nostra confir=

masse dilecto & fideli nostro Huberto de Burgo

Comiti Canc. totum Manerium de Estbrigge,

cum pertinentiis in Com. Kanc. Habendum &

tenendum eidem Huberto Comiti, & hæredi=

bus suis vel cuicunque illud dare vel assignare

volverit; viz. Domui Religionis vel alibi, in

feodo & hæreditate libere, quiete, integre.

Reddendo inde annuatim nobis & hæredibus

nostris unum Espervarium sorum, ad Festum S.

Petri ad Vincula, pro omnibus serviciis. Qua=

re volumus, &c. Dat. &c. apud Westm. x/o. die

Decembbris, anno regni nostri xiii/o.

Carta dicti Regis Henrici diversorum donationes
recitans & confirmans.

Ibid. M. 8. Henricus, &c. Sciatis nos, intuitu Dei

concessisse & hac Carta nostra confir=

masse Magistro Hospitalis Domus Dei & beatæ

Mariæ Dovore, & fratribus ejusdem Hos=

pitalis, totam terram, cum pertinentiis, &

domibus in ea sitis, quam Willielmus filius Ri=

cardi de Wiggehale eis dedit in Scapeya; &

C. s. redditus cum pertinentiis, percipiendis

de Manerio de Dersyngham, quas ha=

bent de dono Christianæ de Maudeville

Comitissæ Essexiæ: Et totum redditum cum

pertinentiis quam Turgisius de Illeye ha=

buit infra muros Dovore & quem eis dedit

cum corpore suo. Et concessionem quam Wil=

lielmus de Saye filius & hæres Galfridus de

Saye eis fecit de Manerio de Colrede, cum

pertinentiis suis, quod prædictus Galfridi pa=

ter suus simul cum corpore suo eisdem fratribus

dedit & concessit: Habenda & tenenda bene

& in pace, &c. sicut cartæ & confirmationes

prædictorum donatorum, &c. testantur. Quare

volumus, &c. Dat. &c. apud Westm. x/o. die

Aprilis anno regni nostri xv/o.

87b

Carta ejusdem Regis Henrici de decima omnium
proventuum portus de Dovore.

Ibid. Henricus, &c. Sciatis nos intuitu Dei, &

pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum deditis, &c.
Deo & Hospitali beatæ Mariæ de Dovere,
quod dilectus & fidelis noster Hubertus de Burgo Comes Kanc. ibidem fundavit; & fratribus & sororibus ibidem Deo servientibus Decimam omnium proventuum passagii portus de Dovere, qui nos contingunt; habendum & tenendum prædictis fratribus & sororibus, & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris, in liberam puram & perpetuam Elemosinam, percipiendam singulis annis per manus Ballivorum ejusdem portus de Dovere; ita quidem, quod antequam prædicti fratres & sorores ejusdem Hospitalis percipient decem libras quas eis concessimus de prædictis proventibus, ad eorum sustentationem & pauperum ejusdem Hospitalis, & decem libras quas eis concessimus de eisdem proventibus in Dotem Ecclesiæ ejusdem Hospitalis, quæ dedicata fuit in præsentia nostra: Et quinqaginta solidos, quos eis similiter concessimus de eisdem proventibus, ad sustentationem cuiusdam Capellani, qui singulis diebus imperpetuum in eodem Hospitali divina celebret pro anima Romundi de Burgo dividetur omnes proventus portus prædicti; & deductis prius decimis inde provenientibus, & eisdem fratribus & sororibus plene persolutis, postea de novem partibus residuis fiat solutio, tam de xx. libr. quam de quinquaginta solidis prædictis de quibus xx li. & l. sol. fieri fecimus eisdem fratribus & sororibus Cartas nostras quas penes se habent. Quare volumus, &c. Dat. &c. nono Maii anno regni nostri xix/o.

Carta dicti Regis de Ecclesia S. Jacobi de Wardone.

Ibid. Henricus, &c. Sciatis quod nos intuitu Dei, &c. concessimus, &c. Deo & Hospitali beatæ Mariæ Dovere, & fratribus ibidem Deo servientibus & imperpetuum servitum Ecclesiam S. Jacobi de Wardone in Scapuya, quæ est de advocatione nostra, in liberali, puram, & perpetuam Elemosinam, ad sustentationem prædicatorum fratrum & pauperum, qui in dicto Hospitali recipientur. Quare volumus, &c. Dat. &c. nono die Febr. anno regni nostri xix/o.

Carta ejusdem Regis de Manerio de Homchilde.

Ibid. Henricus, &c. Sciatis nos concessisse, & hac Carta nostra confirmasse Deo & beatæ Mariæ, Magistro & Fratribus Hospitalis Dovere donationem subscriptam; viz. de dono Huberti de Burgo quondam Comitis Kanc. totum Manerium de Homchilde extra Romanale, quod idem Comes habuit de Henrico de Vere, cum omnibus pertinentiis suis: Habendum & tenendum prædictis Magistro & fratribus Hospitalis S. Mariæ Dovere &

successoribus suis in liberam & perpetuam Ele=mosynam. Quare volumus, &c. Dat. &c.
xx/o. die Martii anno regni nostri xxxi/o.

.....

<393>

Errata sic Corrige.

Pag. 3. Lin. 35. Episcopali,

<C.F. February 2011.>